

IX. Obijciunt Sectarii calibatus hostes, Matrimonium fuisse omnibus preceptum a Deo illis verbis, quibus primis parentibus, Gen. 1. v. 28. dicitur: *Creſcite, & multiplicamini, & replera terram.* Quibus verbis contineri preceptum docet S. Th. Opus. 2. c. 186. Et hoc q. 41. Suppl. art. 2. ad 1. X. Respondeo, quod si dicta verba continent preceptum, non obligat tamen unumquemque, nisi illo tempore, quo paucis hominum exigebat, nisi quilibet generationi vacaret. Ita S. Th. cit. q. 41. art. 2. ad 1.

Communiter tamen dicitur, illa verba preceptum non continere, cum etiam bestis dicta sint, quae precepti incapaces sunt. Importans ergo potius benedictionem, quae homini, ac bestis contulit fecunditatem, ut possent multiplicari. Unde praemittitur: *Et benedixit.* Et sicut quod sequitur: *Et dominumini.* Sic non est preceptum dominumini, sed collatio potestatis dominandi, quae possent uti cum vellent: ita cum dicitur: *Creſcite &c.* Nec obstant verba modo imperandi prolata. Tali enim modo Deus uti vult, ad demonstrandam suae benedictionis efficaciam; quo modo Christus, *Matth. 3.* dicit *Uos quoque, Mandate.* Et *Luce 19. Caece respice.* Non praecipit eis dans, sed sermone suo donans uni munditiam, alteri vitam.

XI. Obijciunt secundo. Nemo potest certo scire, an habeat donum perpetuae continentiae, immo quibusdam vix est possibile contineri: Apostolus autem dixit his: *si non continent, nubant, melius est enim nubere, quam non nubere.* 1. Cor. 7. v. 9.

XII. Respondeo, necessarium non esse, ut quis continentiam profiteatur, scire se habere donum continentiae; sed satis esse, ut fiat, hoc esse in potestate hominis divina gratia excitati, & adiuti; & Deum illud recte petentibus non denegare, nec pati, ut tenentur supra id, quod possimus, ut docet *Trid. Sess. 24. Can. 9.* Quomodo modum, ut quis fiat Christianus, non est necesse ut fiat, se habere donum permanenti in fide, & religione Christiana; sed satis est, ut per Dei gratiam possit perseverare. — Locum autem Apostoli probat, eos, qui adhuc liberi sunt, nec alia via continere se possunt, tamen, quaerere per matrimonium incontinentiae suae remedium, ut diximus.

XIII. Obijciunt tertio. Possent dari caesae, quod omnes velint abstinerre a conjugio: sed in hoc casu modus petirere, ergo &c.

XIV. Respondet primo S. Hieronymus Joviniano hoc obijcienti: *Noli metuere, ne omnes virgines fiant. Difficilis res est virginitas; sed ita rara, quin difficiat.*

Respondet secundo S. Aug. *l. de Bono conjugali, c. 10.* Cum enim dixisset, nunc matrimonio praeferebam esse continentiam, praevidentis hanc infantiam dicit: *Sed nosci quid murmurant. Quid si, insipientes, omnes homines velitis ab omni concubitu continere, unde subsistat genus humanum?* Qui respondet: *Utinam omnes hoc vellent, dormirent in charitate, de concubitu, & conscientia bona, & fide non fiant: multo citius Dei Civitas completeretur, & acceleraretur terminus saeculi. Quid enim aliud horari apparet Apostolum, cum ait: Velle omnes, esse sicut me ipsum? . . . Unde mihi videtur hoc tempore solentur, qui non se continent, conjugari oportere.* Conset igitur S. Doctor, hunc casum non eventurum, nisi cum adveniat finis mundi, & completus fuerit numerus electorum.

Quapropter respondet tertio S. Th. *hoc q. 41. art. 2. ad 4.* *Quod natura humana communitur, ad diversa officia, & actus inclinatur, ut dicitur est.* Sed quia est diversimode in diversis, secundum quod individuatur in hoc, vel illo; unum magis inclinatur ad unum illorum officiorum, & aliud magis ad aliud: ex diversitate complexionum diversorum individuum. Et ex hac diversitate, simul cum divina providentia, qua omnia moderatur, contingit, quod unus eligat unum officium, ut agriculturam, & alius aliud. Et sic etiam contingit, quod quidam eligant matrimonialem vitam, & quidam continentiam. Unde nullum periculum imminet. Hec S. Thom.

Addo: hanc infantiam non concludere, omnes, & singulos teneri ad matrimonium, sicut nec concludit, omnes teneri ad agriculturam, ad militiam &c. quia possent dari casus, quo omnes vellent a militiis, vel agricultura abstinere; quia haec obligatio afficit totam communitatem, non autem omnes, & singulos de communitate. Qui plura de hoc optaverit, & praesertim Sectarium argumenta contra calibatam, adiat Veram Ecclesiam, *Tom. 1. p. 1. lib. 1.* & Colloquia Theologico-Polemica *Classis 1.*

Q U E S T I O I I.

De Matrimonio, ut Sacramento est.

DE matrimonio sub altera consideratione, nimirum, prout ad dignitatem sacramenti elevato, modo agemus, quaerentes: An vere sit Sacramentum, quando, & a quo fuerit in ratione sacramenti institutum: Quis ejus Minister, quae ejus materia, & forma, & alia ad ejus perfectam notitiam necessaria.

An Matrimonium sit Sacramentum?

S. I.

Resolutio Catholica.

I. Armeni, qui circa annum 640. Constantino III. Heraclii filio imperante, & Theodoro in Petri Cathedra sedente, variis erroribus in Ecclesiam eruperunt, inter alios hunc adoptarunt; nimirum, maris, & feminae indissolubilem conjunctionem, quae matrimonium dicitur, non esse sacramentum, nec per illam aliquam gratiam conferri. In hunc errorem abierunt omnes moderati Sectarii ducibus Lutero, & Calvino, *l. 4. Instit. cap. 19. §. 34. &c.* Ubi multa contra Catholicos Matrimonium inter sacramenta recensentes, de more impudentissime evomit.

II. Dico tamen. De fide tenendum est, matrimonium inter fideles esse verum novae legis sacramentum. Ita statuit Tridentinum, *Sess. 7. Cap. 3. & Sess. 24. Can.* etiam primis his verbis: *Si quis dixerit matrimonium non esse vere, & proprio suo ut septem legi Evangelica sacramenti a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentum, neque gratiam conferre: anathema fit.* Idem sentit Ecclesia Graeca etiam post suam a Latina schisma, quod colligitur: Tum ex Jeremia Patriarcha Constant. in Centuria, quam fuit, & Graecorum Episcoporum nomine edidit contra Augustanam Lutheranorum confessionem; ubi, *c. 7.* scribit, matrimonium esse divinum sacramentum, & unum et septem sacramentis a Christo, & Apostolis Ecclesiae traditum. Tum ex Synodo Constantinopolitana sub Parthenio, *an. 1642.* ubi rejicitur Calvinus, quod negat sacramentum quaque, & inter ea honorabilis nuptias. Quod *an. 1672.* confirmatum fuit in Synodo Hierosolymitana contra Cyrillum Lucari Calvinistam, sub Dositheo Patriarcha; ubi, *c. 17.* statuto septenario sacramentorum numero, de matrimonio sic dicitur: *Sacramentum vero matrimonii tunc (Dominus) tradidit, cum recensita vellet ejus in obligationem, sicut de illo in veteri Testamento scripta sunt, ait: Quod Deus conjunxit, homo non separet. Quia & magnum ab domino Apostolo sacramentum appellatur. Quod reperitur in altera Constantinopol. Synodo, eodem anno 1672. sub Dionysio coacta; ubi de sacramentorum numero dicitur: Quintum est matrimonium, quod aperte declarat Apostolus esse sacramentum. Sectarii ergo hoc negantes, apud utramque Ecclesiam haeretici sunt.*

III. Utraque ergo Ecclesia colligit, matrimonium esse sacramentum ex verbis Christi *Matth. 19.* *Quod Deus conjunxit homo non separet.* Quibus, ut ait *Trid. Sess. 24.* matrimonialis nexus firmiter confirmavit. Et ex Apostolo, ad *Ephes. 5.* ubi postquam hortatus fuit viros, ut diligant uxores suas, sicut Christus dilexit Ecclesiam, eamque sanctificavit, tradens semetipsum pro ea; loquens de conjunctione viri cum uxore, ait: *Sacramentum hoc magnum est; Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Quibus indicare voluit, quod sicut Christus passione sua sanctificavit Ecclesiam sponsam; ita & matrimonium quod est signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, a Christo accepit, ut sanctitatem ipsi conferret. Unde *Trid. Sess. 24.* citata ait: *Gratiam vero, quae naturalis illius amoris profectus, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugiique sanctificaret, ipse Christus venerabilium sacramentorum institutor, acque professor sua nobis passione promeruit; quod Paulus Apostolus innuit dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea. Hoc substantivum: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Cum igitur matrimonium in lege Evangelica veteribus consubstitit per Christum gratia praesertim; merito inter nova legis sacramenta annoverandum sancti Patris nostri, Concilii, & universae Ecclesiae traditio semper acceruit.*

IV. Scio, responderi a Calvino, & aliis ejusdem furturis, Paulum vocare sacramentum, seu (graece *Mysterium*) magnum, non conjunctionem viri, & uxoris, sed conjunctionem Christi, & Ecclesiae; quae quidem magnum mysterium est: quid enim magnum habet conjunctio maritalis viri cum uxore?

V. Sed contra. Nam quod ait Apostolus: *Sacramentum hoc magnum est,* non ad ipsum Christum, & Ecclesiae conjunctionem est referendum, sed ad matrimonium, quod scilicet viri, & mulieris conjunctio, cujus Deus auctor est, sacramentum, seu sacrum signum fit sanctissimi illius vinculi, quo Christus cum Ecclesia conjungitur. Pronomen quippe demonstrativum *hoc,* non alio referri potest, quam ad id, quod proxime praecesserat de humano conjugio, de quo loquebatur, & dixerat: *Viri diligite uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.* Deinde vis graeci textus non significat: *in Christo, & in Ecclesia;* sed *in Ecclesiam, & in Ecclesiam.* Ex quo evidens fit, Christum, & Ecclesiam esse terminum illius mysticae significacionis; & matrimonium esse mysterium, cujus significatio ad Christum, & Ecclesiam referatur. Acque hanc esse veram eorum verborum intelligentiam auctoritate Veterum, qui ea in verbo pretati sunt, comprobatur, & Nazianzenus, Chrysostomus, *Homil. 20. ad Ephesios.* Hieronymus in *cap. 5. ad Ephes. pro se Nazianzenum citantis.*

VI. Sed apertus omnibus S. Augustinus hanc veritatem testatur primo, *l. 1. de Nuptiis, & concupis. c. 10.* his verbis: *Quoniam sane non tantum fecunditate, cujus sponsa in prole est; nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides; verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugis. Unde dicit Apostolus: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus*

Christus dilexit Ecclesiam. Hujus procul dubio sacramenti res est, ut mar, & femina consubio copulati, quantum vivunt, inseparabiliter perseverent. . . . Hoc enim celebratur in Christo, & Ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio separetur. Cujus sacramenti tanta observatio est in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus, hoc est in Ecclesia Christi, quibusque fidelibus conjugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut cum filiorum processione causa, vel nubant femina, vel ducunt uxores, nec sterilem conjugem suam se relinquere, vel aliam secundam ducere. Deinde comparans vinculum nuptiarum cum vinculo Baptismi: Ita (inquit) manet inter viventes quoddam conjugale, quod nec separatur, nec cum altero copulatio potest auferri. Manet autem ad vivendum in conjugio Christi velud dicitur: Sicut apertum sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accipit. Reddatur enim procul dubio reddunt, si amiserit obsequium. Habet autem hoc qui recessit ad sumum simpliciter, non ad meritum promittit.

VII. Matrimonium fidelium vere, & proprie sacramentum esse, docet idem S. August. *l. de Fide, & Opibus, c. 7.* dicens: *In Civitate Dei nostri, in Monte sancto ejus, hoc est in Ecclesia, nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum in ea commendatur; ut non liceat viro uxorem suam alteri tradere.* Lib. de Bono conjugali, *cap. 18.* in nostrorum nuptiis, plus vult sanctitatis sacramenti, quam sanctitatis veri. *Cap. 24.* Bonum igitur nuptiarum per omnes Graecos, acque omnes homines in causa generandi est, & in fide capitatur: quod autem ad Populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramentis, per quam nefas est etiam repudiio discoloratum alteri nubere, dum vir ejus vivit. Et c. 7. ex ratione sacramenti matrimonii Christiani indissolubilitatem probat.

Idem docet S. Leo, *Ep. 2. alias 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum,* dicens: *Quam scietis nuptiarum vice ab initio constituta sit; ut prater seculum, conjunctionem habeat in se Christi, & Ecclesiae sacramentum: dubium non est, cum mulierem non pervenire ad matrimonium, in quo ducatur nuptiale non fuisse mysterium.*

VIII. Hinc mirari desinet Calvinus, cur ab Apostolo matrimonium vocetur sacramentum magnum; quia nimirum signum est conjunctionis Christi cum Ecclesia. Ut enim docet S. Th. in *c. 5. ad Ephes. lect. 10.* Quatuor sacramenta dicuntur magna, scilicet, Baptismus, ratio effectus, quia dicit culpam, & aperit januam paradisi. Confirmatio ratione ministerii, quia solum a Pontificibus, & non ab aliis confertur. Eucharisitia ratione continentiae, quia totum Christum continet. Res autem tantum, alia est significata, & contenta in sacramento tamquam effectus ejus; & haec est gratia sacramentalis: alia significata quidem, sed non contenta nec effusa, & haec est unio Christi ad Ecclesiam, quam matrimonium non efficit, sed tantum significat.

Desinet quoque mirari Calvinus, cur quavis bona, & facta sit agricultura, architectura, sutrina, texturina, & officia sint ad communiatem necessaria, sacramenta non sint. Nam hujusmodi sunt officia mere civilia ad nil spirituale ordinata; matrimonium vero est officium quidem naturae, sed ad significandam conjunctionem spiritualem Christi cum Ecclesia, & non solum ad generandos humane speciei homines, sed ad spirituales filios priores Christo, & Ecclesiae. Ideoque favora aliqua, & sensibili caeremonia temperata celebratum fuit. Hanc veritatem cum Ecclesia semper professa sit, ut apparet ex ipsa laudatis testimoniis veterum Patrum; apparet quoque supra, ad fallere voluisse Calvinum, dum asseruit, neminem ante Gregorii tempora dixisse matrimonium esse sacramentum.

S. II.

An Matrimonium conferat Gratiam?

IX. Dico. Matrimonium conferat gratiam non ponentibus obicem: & quidem ex opere operato. Sequitur ex dictis. Si enim matrimonium novae legis sacramentum est: cum omnia sacramenta novae legis gratiam conferant ex opere operato, ut in *Tract. de Sacram.* in Gen. ostendit est, sequitur &c. Sicut enim Christus sanctificavit aquas, ut ecceteris ablutione significarent, & efficerent internam animae ablationem a sordibus peccati; ita sanctificavit nuptias, ut externam conjunctionem significarent, & efficerent internam conjunctionem per fidem & charitatem.

X. Hanc veritatem docet S. Th. in *Suppl. 3. p. q. 42. a. 3.* Ubi rejecta sententia quorundam volentium, matrimonium non esse causam gratiae, sed tantum signum; & aliorum dicentium conferre gratiam, sciendo recedere a malo, hoc est, contringendum concupiscentiam, ne extra bona matrimonii feratur; non autem gratiam dantem auxilium ad bene operandum, quod, inquit S. D. *Non potest fieri; quia eadem gratia est, quae impedit peccatum, & quae ad bonum inclinatur; sicut idem calor, qui auferit frigus, & qui calefacit.* Unde de subjuncto:

*Et ideo alii dicunt, quod matrimonium in quantum in fide Christi contrahitur, habet, ut conferat gratiam adjuvantem ad illa operandi, quae in matrimonio requiruntur. Et hoc probabiliter est. Quia ubicumque datur divinitus aliqua facultas, datur etiam auxilia, quibus homo convenienter uti possit facultate illa; si tunc potest, quod omnibus potentis animae, respondentis aliqua membra corporis, quibus in actum exire possint. Unde cum in matrimonio datur homini ex divina institutione facultas utendi uxore sua ad procreandum prolem; datur etiam gratia, sine qua* *Grati Theol. Tom. III.*

id convenienter facere non possit: sicut etiam de praesens Ordini supra dictum est. Et sic ipsa gratia datur est ultima res contenta in hoc sacramento. Hec S. Thom.

XI. Et sane: Cum in usu matrimonii inflammetur concupiscentia, & extinguatur ratio; congruum fuit intuitu aliquod sacramentum conferens gratiam, quae concupiscentiam in illo actu temperaret. — Item: si ad gignendos filios spirituales, specialem gratiam contulit Christus Sacerdotibus novae legis, quam Sacerdotibus antiquae legis non contulerat: cur similem negabimus collatam ad filios carnales: qui gignendos, pie educandos, fidem uxori servandos, & alla matrimonii onera sustinendos? Tertio. Cum Christus *Matth. 19.* abrogato repudio, matrimonium reddiderit indissolubile, & monogamum, ut ab initio fuit; congruum erat, ut suam gratiam adjuvaret ad superandas difficultates, quae ex omni modo insolubilitate, & perpetua monogamia infererentur; alioquin si matrimonium fudicium talis deesse gratia, longe intolerabilis esset matrimonii iugum in lege Evangelica, quam in lege Moysaica. In hac enim ad comprehendens effrenes uxoris mores licet: per libellum repudiij illam dimittere, vel aliam simul cum illo ducere; nunc autem neutrum licet, cum Christus in Evangelio libellum repudiij, & polygamiam abrogaverit. Quare haec veritas, tamquam de fide, tenenda est: ex Trident. *Sess. 24. Can. 1.* ubi anathema dicit est, qui dixerit matrimonium in nova lege gratiam non conferre.

XII. Gratia vero, quae in hoc sacramento confertur ad varios valet effectus. Primo. Valet ad sanctificandos conjuges, quo invicem caste se diligant, simulque commoneant utque ad finem vitae, etiam spes proles desinat. Secundo. Ut conjuges quaerant prolem in Dei timore, & sancta conversatione educandam. — Tertio. Ut non sequantur impetum libidinis; sed se continent in honestate nuptiarum, sive quoad modum, sive quoad personas. — Quarto. Ut tribulationem carnis, de qua Paulus, *1. Cor. 7.* levius ferant. — Quinto. Ut mutuas infirmitates in charitate supportent, ac modeste invicem corrigant, quando fuerit opportunitas.

XIII. Si quaeras: Quomodo in hoc sacramento sit sacramentum tantum, quid res tantum, & quid res; & sacramentum simul?

Respondet ex S. Thom. in *Suppl. 3. p. q. 42. a. 1. ad 4. & 5.* quod sacramentum tantum sunt actus exterioris apparentes: sed res & sacramentum est obligatio, quae inaccidit viri ad mulierem ex talibus actibus, quia significat simul, & significat: significat per contractum exteriozem, & simul, ut per ipsum expressa, significat gratiam sacramentalem: res autem tantum, alia est significata, & contenta in sacramento tamquam effectus ejus; & haec est gratia sacramentalis: alia significata quidem, sed non contenta nec effusa, & haec est unio Christi ad Ecclesiam, quam matrimonium non efficit, sed tantum significat.

S. III.

Haereticorum Argumenta.

XIV. Obijciunt, matrimonium non esse sacramentum. Primo. Unum sacramentum non pugnat cum altero: sed matrimonium pugnat cum Sacerdotio secundum Catholicos; ergo vel Sacerdotium non est sacramentum, vel non est sacramentum matrimonium.

XV. Respondeo, dist. min. Vi Sacramenti, neg. min. Contrarium enim patet apud Graecos, apud quos maritatio ordinatur in Presbyteros. Vi statuti Ecclesiae Latinae requiritur ad decentius tractandam sacra stantum continentiae, conced. min. Ecclesia ergo Latina arce: a matrimonio Sacerdotes, non quia sacramenta inter se pugnant: permittit enim etiam matrimonio junctis, non tamen bigamis, ordinati dummodo uterque continentiam perpetuo eligat: sed quia status, & usus conjugii magnum impedimentum afferret functionibus sacerdotalibus, quae requirunt hominem totum Deo vacare: *Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi: quomodo placeat uxori, & divisus est.* 1. ad Corin. 7. vers. 33. Quamvis autem gratiam matrimonii non recipiant, per successionem tamen, & usum Ordinum; uberem gratiam consequi possunt.

XVI. Obijciunt secundo. Si matrimonium est sacramentum, perfectius erit calibatam, qui non est sacramentum: sed Pater docent, perfectiorum esse virginitatem, & calibatam, quam matrimonium: ergo &c.

Confirmant. Id non potest esse sacramentum, a quo melius est abstinere: sed melius est non nubere, quam nubere, dicitur Paulo, *1. Cor. 7. v. 38.* *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, & qui non jungit, melius facit; ergo &c.*

XVII. Respondeo ad min. quod Pater quando dicitur virginitatem, & calibatam perfectiores esse matricem, non loqui de matrimonio, ut sacramentum est; sed de matrimonio, ut status quidam est: sic status virginitatis perfectior statu conjugalii est. Quia qui in statu conjugalii est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est, ut dicebamus cum Paulo. *Qui autem sine uxore est sollicitus est, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo,* inquit idem Paulus, *1. Cor. 7. v. 32.*

Ad Confirm. neg. maj. Nam licet perfectius sit, ob amorem Dei; & ipsi soli vacandum, abstinere a conjugio; conjugium tamen inire bonum, ac perfectum est: ideoque ad sufficiens onera matrimonii potuit Christus annexere gratiam.

XVIII. Obijciunt tertio. Sacramenta habent ex institutione Christi significacionem supernaturalem: sed matrimonium habet

Et

solum

Solum significationem humanam, & naturalem; ergo Sec. Min. prob. primo. Quia matrimonium Christianorum non differt a matrimonio Ethnicorum. Secundo. Quia si Ethnicus videat Christianum contrahere matrimonium, & intelligat verba, que illi profertur, facile capiet, quid agatur: si tamen videret puerum baptizari, non intelligeret quid ea actione fieret, etiam si verba intelligeret.

XIX. Respondens, minorem veram esse de matrimonio in ratione contractus humani: sic enim solum significat unionem maris, & femine ad generandum prolem. Unde ad primam etiam probationem concedo, matrimonium Christianorum convenire cum matrimonio Ethnicorum, quantum ad rationem contractus humani; sed præter hanc matrimonium Christianorum ratione expressioris significationis conjunctionis Christi cum Ecclesia, que supernaturalis est, significat, & efficit omnimodam etiam animorum indissolubilitatem, quam non significat, nec efficit matrimonium Ethnicorum: & in hac significatione consistit ratio sacramenti. Et hoc effectum non magis capiet Ethnicus, quam effectum Baptismi. Unde patet responso ad secundum.

XX. Obijciunt quarto. In contractu Matrimonii licet intererit pactum de dote; ergo non est sacramentum confensus gratiam, alias tale pactum esset simoniacum.

XXI. Respondens cum S. Th. 2. 2. q. 100. a. 2. ad 6. Quod matrimonium non solum est Ecclesie sacramentum, sed etiam naturæ officium. Et ideo dare pecuniam pro matrimonio, in quantum est natura officium, licitum est; in quantum vero est Ecclesie sacramentum, est illicitum. Et ideo secundum jura (C. cum in Ecclesia de Simonia) prohibetur, ne pro benedictione nuptiarum aliquid exatur. Ad hoc pactum de dote non esse pro sacramento nuptiarum, sed pro sustentatione uxoris, & onerum Sec. quo sensu, ut docet S. Th. ibi ad 2. Sacerdos accepit pecuniam, non quasi pretium Missæ, sed Quasi stipendium sua sustentationis; & ab eo, qui absolvitur ab excommunicatione, exigitur interdum pecunia, non quasi pretium absolutionis, sed quasi pena culpa præcedentis, pro quo fuit excommunicatus, ut docet idem S. Dod. ibidem, ad 3.

XXII. Obijciunt quinto. Sacramenta conferunt gratiam, dum exercetur carnalis copula, per quam perficitur, ergo Sec.

Respondens, sacramenta conferre gratiam, dum perficitur in suis intrinsicis, nempe, dum ponitur materia, & forma. Copula autem carnalis licet dicatur matrimonium consummatum, ipsum tamen non perficit intrinsicè, & essentialiter in ratione contractus, & etiam sacramenti: verus enim est contractus, verumque sacramentum, etiam si non sequatur copula, ut dicitur de matrimonio inter B. Virginem, & S. Joseph. Copula autem dicitur consummatum, quia copula reddit matrimonium magis indissolubile; quia significat perfectiorem conjunctionem Christi cum Ecclesia, quam nunquam derelicturus est. Vel quia, ut dicit Mag. Sent. Matrimonium ante sexum permissionem significat quidem conjunctionem Christi cum Ecclesia in charitate; sed nondum illam, que est in nature conformitate. Integritas autem essentialis matrimonii, que consistit in conjunctione animorum, habetur per primam significationem, nempe, conjunctionis Christi cum Ecclesia in charitate; quamvis desit secunda significatio, nempe, conjunctionis Christi cum Ecclesia in nature conformitate.

XXIII. Obijciunt sexto. Ecclesia varia mutavit circa substantiam matrimonii: sed Ecclesia nihil potest circa substantiam sacramentorum, ut expressè docet Tridentinum; ergo matrimonium non est sacramentum.

Respondens ad majorem, quod Ecclesia varia mutavit circa substantiam matrimonii, non ut sacramentum, sed ut contractus est. Cum enim substantia sacramenti matrimonii sit contractus legitimus, potest Ecclesia declarare, quemnam conditiones requiratur, ut contractus sit legitimus; & sic femper manet, quod matrimonium sit contractus legitimus, in quo sit et substantia matrimonii. Mutare autem substantiam matrimonii esset, facere ut contractus non legitimus esset sacramentum matrimonii; sed hoc Ecclesia non facit, nec facere potest.

S. II.

Materia, & Forma Sacramenti Matrimonii.

XXIV. Dico. Materia remota, seu circa quam matrimonium, sunt persone contrahentes: materia proxima sunt actus sensibiles contrahentium, quibus unus mutuo se tradit alteri: forma vero sunt verba, vel nutus, quibus mutuo traditionem acceptant. Prima pars probatur. Nam persone contrahentes, sunt illæ, circa quas exercetur contractus, & sacramentum. Nec obest, quod illæ persone suscipiant sacramentum, & proinde sint etiam materia in qua. Nam & homo peccator suscipit sacramentum penitentia; & tamen est materia, seu subiectum, circa quod illud versatur.

XXV. Secunda pars colligitur primo ex Florentino, in Decreto unionis, ubi ait: Causa efficiens (Sacramenti) matrimonii regulariter est mutuos consensus per verba de presentia expressus. — Secundo, ex S. Th. in Suppl. 3. p. q. 42. art. 3. ad 2. dicente: Sicut aqua Baptismi cum forma verborum non operatur immediate ad gratiam, sed ad charitativum: ita actus exterior, & verba expressiva consensus dicitur facere nexum quemdam, qui est sacramentum matrimonii. Et hujusmodi nexus est virtute dicitur institutionis dispositio operatur ad gratiam. Favet etiam Catechismus Rom. tit. de Sacr. matr. n. 3. ubi postquam definiit matrimonium, quod sit: Viri, & mulieris inter se legitime conjugio, inquit, legitime personas indissolubiliam vim con-

jurandiam continens. Subjungit: Decendum est, quomodo hæc omnia in perfecto matrimonio insint, consensus videlicet interior, pactio externa verbis expressis, obligatio, & vinculum, quod ex ea pactio efficitur. & conjugium capitale, quod matrimonium consummatur; nihil horum tamen matrimonium vim, & rationem proprie habere, nisi obligationem illam, & nexum, qui conjugium vocabile significat. Sicut autem baptismalis character, quamvis semper maneat, ad gratiam baptismalem non operatur, nisi cum primo imprimatur: ita conjugium, & nexum inter conjuges, quamvis per totam vitam alterutrum perseveret, tunc tamen solum gratiam conjugalem producit, quando primo contrahitur. Tunc enim quis vere sacramentum videtur, quando sacramentum actu suscipit, non vero quando sacramentum jam suscepti officium exercet; licet tunc vi gratia in sacramenti susceptione accepta, dentur ei auxilia ad debite officium illud peragendum.

XXVI. Tertia vero pars, in qua non uniformes sunt Theologi (volentes quibusdam, formam sacramenti matrimonii esse verba Sacerdotis dicentis: Ego vos conjungo in matrimonium, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.) probatur primo, ex S. Th. in Suppl. 3. p. q. 42. art. 1. ad 1. dicente: Verba, quibus consensus exprimitur matrimonialis, sunt forma hujus sacramenti; non autem benedictio Sacerdotis, que est quoddam sacramentale. Itaque in contractu matrimoniali est mutua traditio corporum, & mutua acceptatio verbis, ut signis exterioribus expressa. Ut ergo alius ille, fave significat mutuum traditionem, gerunt vires materis proxime: ut autem significat mutuum acceptationem, gerunt vires forme.

Ratio autem a priori est. Quia matrimonium in ratione contractus non differt a reliquis contractibus civilibus; neque ut sacramentum est, habet diversam materiam, & formam a se ipso, ut contractus est: sed in contractibus civilibus traditio in sensibili signo facta, habet rationem materis, acceptatio vero verbis expressa, habet rationem forme; ergo, & in matrimonio. Maj. constat, min. vero sic probatur. Illud habet rationem materis, quod se habet ut determinabile, quod vero est determinatum habet rationem forme; sed traditio rei habet rationem determinabilem, completur autem, perficitur que per acceptationem, que se habet per modum determinantis; ergo in contractibus civilibus traditio in signo sensibili facta, habet rationem materis, acceptatio vero rationem forme.

XXVII. Neque obest. Quod cum, ut dicemus, ipsi conjuges sint ministri hujus sacramenti; si ipsorum traditio habet rationem materis, ratio materialis, & efficiens coincident in eandem personam. — Nam hoc concessio, nullum sequitur inconveniens. Id enim videtur exigere natura contractus, in quo contrahentes se ipsos tradunt. Ut constat exemplo illius qui se ipsum in servum venderet alteri: idem enim esset vendens, & res vendita; subindeque illius contractus causa efficiens, & materialis. Idem ergo cum proportione dicendum est de conjugibus, contractum, & sacramentum matrimonii celebrantibus; qui dum tradunt se ipsos iuribus, habent rationem cause efficiens, quia vere faciunt contractum, & rationem cause materialis, quia dum se ipsos tradunt, sunt materia contractus.

D U B I U M II.

Quando Matrimonium in ratione Sacramenti fuerit Institutum.

S. I.

Dua Prioris Resolutiones.

Matrimonium potest in triplici statu considerari. Primo: in statu hominis ante peccatum. Secundo: in statu post peccatum, sive in lege nature, sive Mosaicæ. Tertio: in statu legis Evangelicæ post Christum.

I. Dico ergo primo. Matrimonium, quando fuit primo institutum inter Adam, & Evam adhuc innocentes, non fuit sacramentum, sed solum officium nature. Probo primo, ex S. Th. 2. 2. q. 1. a. 2. ad 2. ubi ait: Matrimonium fuit institutum in statu innocentia, non secundum quod est sacramentum, sed secundum quod est officium nature. Ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christum, & Ecclesiam; sicut, & omnia alia, que in figura Christi præferuntur. Secundo. Quia, ut in Tract. de Sacr. in Gener. (ex eodem S. Thom. citato loco) g. 1. dub. 3; diximus: In statu innocentia, qui fuit, & qui perseverasset, si Adam non peccasset, nulla fuerunt, nec fuissent sacramenta; quia tunc homines non egissent dependere a sensibilibus ad gratiam obtinendam, eo vel maxime, quod tunc concupiscentia, atque inferiores vires perfecte rationi obtemperasset. Tertio. Quia omnia sacramenta efficiam habent a passione Christi exhibitæ, vel prævia: atque si status innocentia perseverasset, passio Christi nec fuisset exhibitæ, nec prævia: esset enim, ut vulg Scotos, adhuc Verbum carnis assumptisset, non tamen passibile, fed impatiibile.

II. Dico secundo. Nec matrimonium post peccatum, sive in lege nature, sive Mosaicæ, fuit verum veteris legis sacramentum, nisi in quadam la significatione.

Probo primo. Pro ista legis nature ad summum erat remedium aliud pro salute perverulum, quo a peccato originali mundati possent; nec extra folia statum penitus remaneret: quod sacramentum posset apud Abraham, ejusque posterum in Circumcisione determinatum fuit. Sed dato etiam, ut admissum in Tract. de Sacrament. in Gener. g. 1. dub. 4. S. 3. in lege nature fuisse aliquid sacramentum pro adultis, hoc

hoc certe non fuit matrimonium; cum tunc admitteretur pluralitas uxorum, que significationi sacramenti repugnat. Unde, in 4. dist. 2. quæst. 2. art. 1. ad 4. S. Thom. docet. quod tempore legis nature Matrimonium, & Penitentia, & Ordo ante illo tempore: sed non computatur inter sacramenta illius temporis, quia non habent cum aliquo consecratione. Quilibet enim privilegium secundum Hieron. (Epist. ad Evagrium) Sacerdos erat; nec erat aliquis modus determinatus ipsorum, nisi secundum instinctum nature, prout cuique ratio fidei innata dicitur faciendum.

III. Pro statu quoque legis scripturæ, seu Mosaicæ matrimonium non fuisse verum sacramentum, probatur. Quia ei deerat unitas, & indissolubilitas; cum tunc & pluralitas uxorum, & libellus redivi permitteretur. Unde nec inter sacramenta illius temporis computabatur, sed habebatur tamquam civilis contractus in officium, ac remedium nature eo modo; quo apud alias nationes. Unde S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 3. ait: Matrimonium autem fuit quidem in veteri lege, pro ut erat in officium nature, non autem prout est sacramentum, conjunctionis Christi, & Ecclesie, que nondum erat facta. Unde, & in veteri lege datur libellus repudiij, quod est contra sacramenti rationem. Quod docetur etiam, in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. ubi approbat sententiam illorum, qui dicunt, quod matrimonium consideratur in triplici statu. Primo, ante peccatum, & tunc erat tantum in officium. Secundo, sub lege, ubi ex ipsa sanctificatione sua excusabilem reddebat matrimonii actum, qui absque hoc superfuisset. Tertio, sub statu gratia; ubi ulterius gratiam conferret ad concupiscentiam verperendam.

IV. Utrumque clare exponit Catechismus Rom. Tit. de Sacr. matrim. num. 18. his verbis: Sed quia matrimonii sacramentum illis matrimonius præter, que ante, & post legem iniij solabant, ex eo licet cognoscere, quod est genus matrimonii divini aliquid ineffabile arbitrabatur, atque, etiam rem vago concubitus a natura lege alienus esset, itemque supra, adulterio, & alia libidinibus genera vitanda esse jubebatur; tamen eorum analogia nullum profus sacramenti vim habebant. Quod iustas vero religionis omnino nuptiarum leges servari consueverunt, nec dubitandum, quia enim matrimonium majori sanctitate prædita esset. Cum enim promissum accepissent, fore aliquando, se omnes Genes in semine Abraham benedicentur; ut magna apud eos pietatis officium merito esse videbatur filio procreare, & electi populi solem, ex qua Christus Dominus Salvator noster, quod humanam naturam assumeret, ortum haberetur esset, propagare. Sed illa conjunctionis vera sacramenti ratione caruerunt.

Quod vero matrimonia vetera, præsertim legis Mosaicæ, in aliquo lato sensu sacramenta dici possent, indicat S. Th. in Suppl. 3. p. q. 42. art. 2. Conveniebant enim ei ratio signi, & remedi: contra concupiscentiam. Sed quia defecerat a sua prima, & integra institutione ut esset unius cum una tantum, & profus indissolubile, ut statim dicitur; ideo a vera sacramenti ratione deficiebat, sicut, & a vera significatione conjunctionis Christi cum Ecclesia.

S. II.

Tertia Resolutio, & Quarta.

V. Dico tertio. Solius legis Evangelicæ matrimonium veri sacramenti dignitatem a Christo obtinuit. Pro hujus veritatis declaratione præmitto ex doctrina laudati Catechismi; quod matrimonium in sua prima institutione habuit, ut esset unius cum una, & profus indissolubile: ab hoc autem decessit, ac honestate, post peccatum, tum in lege nature, tum in lege Mosaicæ matrimonium decidit. Nam in lege nature multos ex antiquis Patribus plures uxores simul duxisse legitur; & in lege Mosaicæ permittitur erat, dato libello repudiij, eo tamen aliquam priore dimissa, aliam uxorem ducere: Quibus fiebat, ut matrimonium non esset, quale primo institutum fuerat, nimirum, ut esset duo in carne una, & quos Deus conjungeret, homo non separaret, ut exprobrat Christus Judæis, Math. 19. concludens, quod Ab initio non fuit sic. Judæus etiam fiebat, ut eorumdum matrimonia non significarent conjunctionem Christi cum Ecclesia, que est unius cum una, & indissolubilis omnino. Volens ergo Christus matrimonium primæque dignitati, a qua culpa hominum decidit, restituere, & reddere perfectum signum suæ conjunctionis cum Ecclesia, sive per naturam, sive per charitatem; statuit, ut esset unius cum una tantum, & nulla causa dissolubile: ut autem conjugati maxime post peccatum, hæc duo ferre possent, promisit illis auxilium gratia; & sic matrimonium ad dignitatem sacramenti elevavit.

VI. Ex qua doctrina formatur hæc ratio. Tunc matrimonium ad dignitatem sacramenti elevatum fuit, quando evasit perfecta similiudo conjunctionis Christi cum Ecclesia, & unius cum una, ac profus indissolubile, eique annexa fuit gratia ad hæc implenda: quod habuit matrimonium a Christo in nova lege; ergo &c. Hoc explicat Trid. Sess. 14. his verbis: Gratiam vero, que naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugatus sanctificaret, ipse Christus venerabilem sacramentorum institutor, atque perfectissimus, sua nobis passione promeruit. Quod Paulus Apostolus inimitabilem dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Vel si loquitur generaliter etiam de matrimonio in infidelitate contracto, dei potest cum S. Thom. citato loco, illud vocare sacramentum magnum non actum, fed habitum; fed in potentia; quatenus si converterantur ad fidem, & baptizentur, fieri potest sacramentum actum, ut dicitur.

VI. Opponit secundo. Matrimonium non potest esse validum, præsertim inter baptizatos, est hæreticum, quia simul fed de sacramentum: fed de facto est validum; nam venientes ad fidem catholicam non jubentur iterum contrahere, fed matrimonium in hæresi contractum acceptatur; ergo &c. Maj. probum

VII. Dico quarto. Probabilis censeo, Christum, tunc matrimonium in ratione sacramenti instituisse, eique vim gratie operatricem contulisse, quando, Math. 19. v. 6. postquam dixit: Jam non sunt duo, sed una caro: Quod Deus conjunxit, homo non separat. Quibus, & dignitatem, & indissolubilitatem contulit, seu verus restituit matrimonio, que matrimonium in ratione sacramenti essentialia sunt.

Probabile quoque censeo, matrimonium in ratione sacramenti institutum fuisse a Christo, vel saltem præfiguratum, Jo. 2. Ubi Christus sua præsentia nuptiis interfuit, est benedixit, eisque primo suorum miraculorum illustravit. Hinc S. Cyrillus, lib. 2. in Jo. Christum ad nuptias profectum ait: Ut nuptiarum nostrarum principium quantum ad carnem attinet, hoc est matrimonium, sanctificaret. Operabat certe, quoniam totam hominum naturam ad melius restituerat, non solum natis jam hominibus benedixit, verum etiam nascituris gratiam preparare... Nascentibus gratia preparatur, quando matrimonium, quod est actus ad hanc vitam, benedicitur. Et S. Epiphanius: Hæret. 67. Quomodo enim (inquit) non erant venerabiles nuptie, & in Deo habentes regnum Calorum, cum vocatus sit Salvator ipse ad nuptias, ut nuptias benediceret? Eam vero benedictionem non fuisse meram approbationem, seu confirmationem fecunditatis, quam Deus initio nuptiis contulerat, his verbis: Crescite, & multiplicamini; evincitur ex eo, quod Salvator beneficia non fuerunt temporalia, fed spiritualia, que aux ad salutem conferrent. Ea igitur benedictio fuit gratie cum nuptiis unio; seu; ut homo gratiam illam precatu est, & deus illa lege cum matrimonio conjunxit. Et Sanctus Augustinus, tract. 9. in Joann. Per hoc ergo Dominus invitatus venit ad nuptias, ut conjugalis castitas firmaretur, & ostenderetur sacramentum nuptiarum.

D U B I U M III.

An post Christum Matrimonium sit in omnibus illud contrahentibus Sacramentum?

S. I.

De Matrimonio inter Infideles.

V. Arit quaerita hic resolvemus, nimirum, de matrimonio inter infideles non baptizatos, & infideles baptizatos, quales sunt hæretici: inter infidelem baptizatum cum non baptizata, & e contra; & de matrimonio inter abentes per procuratorem contracto. Circa primum ergo.

II. Dico. Matrimonia inter infideles non baptizatos contracta non sunt sacramentum actu. Ita S. Th. 2. 2. p. 2. Supplem. quæst. 59. art. 2. ad 1. ubi ait: Matrimonium non est tantum institutum in sacramentum, sed etiam in officium nature. Et ideo quatuor infidelibus non competat matrimonium secundum quod est sacramentum, in dispensatione Ministrorum consistens; competet tamen eis in quantum est in officium nature. Et tamen etiam matrimonium tale est aliquomodo sacramentum habitum, quomvis non actualiter; eo quod actu non contrahunt in fide Ecclesia. Ratio vero est. Tum quia; infideles non baptizati nullius sacramenti capaces sunt, quia non intrantur in Ecclesiam per Baptismum. Tum quia; eorum matrimonio deest aliquid de essentia matrimonii, ut sacramentum est; nimirum, quod sit unius cum una, multi enim, ut Mahometani, plures uxores admittunt, deest etiam omnimoda indissolubilitas, cum apud infideles pluribus de causis matrimonia dissolvantur. Ideoque deest illi perfectæ representationi conjunctionis Christi cum Ecclesia, quæ ad rationem sacramenti requiritur.

III. Quoad matrimonia vero infidelium baptizatorum, quales sunt hæretici, præsertim moderni, negantes matrimonium esse sacramentum, ac proinde non intendentes, dum contrahunt; suscipere sacramentum;

Censeo ea non esse actu sacramentum. Tum quia; actu non contrahuntur in fide Ecclesie. Tum quia; dum negant matrimonium esse sacramentum, renuntiant se subicere intentioni Ecclesie, Tum quia talibus matrimonii deest perfectæ representationi conjunctionis Christi cum Ecclesia. Nam Lutherus, ut dicemus, admittit licitam in lege Evangelicæ aliquo in casu polygamiam; & rursus licitum esse in aliquo casu, sive adulterio, sive alterius, quem vocant dissolutionis maligna, uxorem dimittere, & aliam ducere; in quo omnes moderni Apatholici conveniunt; & consequenter eorum matrimonii deest & unitas, & indissolubilitas, in quibus duobus sanctitatem sacramenti collocavit Christus, ut præsertim ex Augustino vidimus, dub. 1. S. I. num. 7. & 8.

IV. Sed contra, opponens primo. Paulus ad Ephes. 5. generaliter vocat matrimonium sacramentum magnum; & tamen ex Ephes. ad quos scribebat, multi adhuc erant infideles; ergo matrimonium quoque infidelium sacramentum est.

V. Respondens, S. Paulum, vel loqui tantum de matrimonio inter fideles contracto, unde dicit, Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Vel si loquitur generaliter etiam de matrimonio in infidelitate contracto, dei potest cum S. Thom. citato loco, illud vocare sacramentum magnum non actum, fed habitum; fed in potentia; quatenus si converterantur ad fidem, & baptizentur, fieri potest sacramentum actum, ut dicitur.

VI. Opponit secundo. Matrimonium non potest esse validum, præsertim inter baptizatos, est hæreticum, quia simul fed de sacramentum: fed de facto est validum; nam venientes ad fidem catholicam non jubentur iterum contrahere, fed matrimonium in hæresi contractum acceptatur; ergo &c. Maj. probum

non enim potest esse validum, nisi contrahatur secundum intentionem Ecclesie; sed intentio Ecclesie est, ut matrimonium habeatur tamquam sacramentum; ergo &c.

VII. Respondeo, neg. maj. Cum enim in matrimonio sit duplex ratio: una, quod sit in officium nature; altera, quod sit sacramentum; potest quidem, licet illicite, non intendere conficere sacramentum, dum contrahit matrimonium, sed tantum velle inire contractum in officium nature. Quo sancte, ex defectu intentionis ministrum, qui sunt ipsi contrahentes, ut dicitur, non erit sacramentum; & tamen non amittit vim obligandi in ratione contractus civilis, & naturalis ex reciproco contrahentium consensu: cum Christus elevando matrimonium ad rationem sacramenti non abducat ab illo obligationem contractus naturalis, & civilis. Ad prob. majoris dico: intentionem adque amorem Ecclesie esse, ut contrahentes iniret matrimonium tam in ratione contractus, quam in ratione sacramenti: qui autem velle illud inire solum in ratione contractus, consummaretur intentioni Ecclesie saltem inadequate, esse non intentioni adequate.

VIII. Sed dicebat adhuc. Si infidelis baptizet, etiam si non intendat conficere sacramentum, dummodo adhibeat debitam materiam, & formam, vere conficit sacramentum, & qui sic baptizatur, verum recipit sacramentum; ergo qui contrahunt matrimonium debita materia, & forma; etiam si non intendant conficere sacramentum, nec suscipere, vere conficiunt, & recipiunt sacramentum.

IX. Respondeo, dando disparitatem. Nam baptizans, vel Baptismus suscipiens, dum utitur debita forma, & materia, & vult baptizare, vel baptizari, secundum ritum Ecclesie; licet intentione particulari practica non intendat dare, aut recipere sacramentum, sic tamen agens, & ponens omnia necessaria, intentione generali operatur secundum intentionem Ecclesie, & in praxi censetur velle sacramentum. Ac infidelis, vel hæreticus contrahens matrimonium intendens solum inire contractum naturalem, & civilem, nec intendens contrahere vinculum omnino indissolubile, non ponit omnia necessaria ad veram, & propriam rationem matrimonii, ut sacramentum est. Ut enim ait Augustinus, *lib. 1. de Nupt. & Concep. cap. 11.* Matrimonium, ideo sacramentum, quia nullum divorcium; & ubi potest esse divorcium, non est perfecta representatio conjunctionis Christi cum Ecclesia, ex qua matrimonium habet, quod sit sacramentum. Talia ergo matrimonia dici poterunt sacramentum habere, sed non actus; quia actum contrahuntur in fide Ecclesie, ut superius ex S. Thom. dictum est. Qui etiam, in 4. *Contra Gen. cap. 78.* ait: *Necesse est igitur quod matrimonium, secundum quod est Ecclesie sacramentum, sit unus ad unum indivisibiliter habendum.*

S. II.

De Matrimonio Fidelis cum Infidelis, & Infidelium cum convertuntur ad Fidem.

Primum dubium est: An si fidelis ex dispensatione nubente in infidelitatem matrimonii, tale matrimonium effect sacramentum, saltem ex parte conjugis fidelis.

X. Dico. Probabilioris esse partem negativam. Et ratio est: Quia sicut, ut matrimonium sit validum in ratione contractus requirit liberum consensum ex parte utriusque conjugis; ita, ut sit validum in ratione sacramenti, exigitur intentio, & ministerium ex parte utriusque, cum ipsi contrahentes sint juris sacramenti ministri, ut dicitur: sed infidelis non baptizatur, & etiam hæreticus Lutheranus, Calvinista &c. caret intentione suscipiendi in matrimonio sacramentum; & si non sit baptizatus est incapax sacramentum suscipiendi, & ministrandi, ergo &c. Sicut ergo matrimonium est unum vinculum, ita est unum sacramentum; ergo vel ex utraque parte est verus contractus, & verum sacramentum, vel ex neutra: & cum ex parte conjugis infidelis non sit sacramentum, nec erit ex parte conjugis fidelis.

XI. Secundum dubium est: An si conjuges infideles, sive non baptizati, sive hæretici convertantur ad fidem, matrimonium in infidelitate contractum fundat sacramentum.

XII. Dico. Dux sunt sententiae, ambo probabiles etiam in Schola Sancti Thomae. Prima negat. Intentio enim sequens contractum prius initium non potest efficere, ut quod non fuit sacramentum, possit esse tale: nam deberent inire novum contractum, quod non possunt: Non enim possunt sibi mutuo tradere corpora sua; quia nemo tradere iterum potest, quod jam non est suum; corpus autem viri non est suum, & similiter corpus uxoris post initium matrimonium non est amplius suum; juxta illud: *Erunt duo in carne una.*

XIII. Secunda vero affirmans duplici via a suis Patronis defenditur. Quidam enim volunt, tale conjugium in infidelitate contractum fieri sacramentum; dummodo conjuges convertantur ad fidem. Valde enim, inquit, probabile est, matrimonium sic ratificatum a Christo elevari ad esse sacramenti; cum sit contractus equivalentis novo. — Alii vero existimant non esse necessarium illam ratificationem coram Parocho expressam; sed sufficere in non baptizatis, Baptismus in baptizatis autem reconciliationem Ecclesie facta abjuratione hæresis. His enim positis, conjuges consensu consentire in matrimonii omnimodam indissolubilitatem, & novo, ac auctiori vinculo invicem copulari: & sic virtualiter de novo matrimonium contrahere, eique, quod deest ad rationem sacramenti superaddere. Nam licet id, quod est alteri traditum, utpote jam

non suum, non possit iterum tradi: potest tamen de contrahentium consensu traditum jam facta, de ulteriori ullo pacto rescindi queat, roborari, & confirmari. Et hoc faciunt infideles, dum fidem Christianam, vel Catholicam de novo prostentur. Dum enim sponte se velle amplecti omnia, que Ecclesia Catholica tenet, & credit; & hæc tenet matrimonium esse omnino unum, & indissolubile, & hæc ratione sacramentum: ideo, & conjuges ad fidem venientes hoc credere, ac tenere incipiunt, & in matrimonio jam contracto novum archiepiscopium vinculum recognoscere & hæc fide matrimonium, quod erat purum contractus, evadit sacramentum.

XIV. Quamvis utramque opinionem probabilem existimem; secunda tamen mihi videtur conformis menti S. Thomae. Is enim, ut supra observatum est, in *Suppl. 2. p. q. 59. art. 2. ad 2.* ubi postquam dixit matrimonium infidelium non competere secundum quod est sacramentum, addit: *Et tamen etiam matrimonium tale est aliquomodo sacramentum habitualiter, quomodo non actualiter; et quod actu non contrahitur in fide Ecclesie. Si igitur matrimonium infidelium, est sacramentum habitualiter, potest dari casus, quo fit sacramentum actualiter: nihil enim est habitus tale, quod aliquando actu tale fieri nequeat. Sed quod matrimonium infidelium sit solum habitus sacramentum, & non actu, est, quia non contrahitur in fide Ecclesie; ergo si matrimonium jam contractum accedat fides Ecclesie, matrimonium, quod erat tantum habitus sacramentum, fiet sacramentum actu, & gratiam conferet: eo similibi modo, quo Baptismus fide suscipitur, remota fide non conferit gratiam. Et sic licet Baptismus in suo fieri temperet, conferat tamen character, ita & matrimonium quamvis in fieri transierit; manet tamen vinculum.*

S. III.

De Matrimonio inter Absentes.

XV. Ceterum est, matrimonium inter absentes per procuratorem, sive per literas contractum, in ratione naturalis, & civilis contractus esse verum, & validum. Nam matrimonium est contractus humanus, natura enim conjungit contractus est; ut inter absentes contrahi possit: nec Christus matrimonium elevans ad rationem sacramenti; nec Ecclesia certas condiciones ad ejus valorem præferens, ipsum extrahit a natura contractus. Condiciones autem a Tridentino requisita, ut nempe fiat coram Parocho, & testibus, fervari possunt in matrimonio inter absentes.

XVI. Ad validitatem vero matrimonii per procuratorem, sive per literas contracti, sequentes condiciones requiruntur. Prima: ut procurator habeat a suo principali mandatum speciale ad contrahendum cum determinata, ac specificata femina: non enim sufficeret mandatum generale contrahendi cum qualibet. Et rursum quod procurator non excedat limites mandantis; tam in dote, quam alius conditionibus; alias nihil efficeret non servans mandantis voluntatem, *Legs. Diligenter, ff. Mandati.*

Secunda. Ut mandatum illud exequatur per se, & non per substitutum, nisi speciale ad substitutum facultatem obtinuerit.

Tertia. Ut eo tempore, quo procurator contrahit, ejus potestas non sit revocata, ne quidem tacite. Alioquin nullum foret matrimonium, etiam si procurator nihil audisset de revocatione: qui per quæcumque revocationem cessat consensus, sine consensu vero non efficitur matrimonium. De his vide Bonificium VIII. *Cap. Finali, de Procuratoribus, in Sexto: & S. Th. in 4. dist. 29. in expositione litterarum videndum.*

Quarta. Ut post Tridentinum procuratores principalium, seu principalis ex una parte, & procurator ex altera contrahantur coram Parocho, & testibus, Concilium enim requirit presentiam realem ipsorum contrahentium, vel per se, vel saltem per procuratores, quando dicit, *sess. 24. c. 1. de Reform. inhabiles esse eos, qui aliter, quam presente Parocho, & duobus, aut tribus testibus, contrahere attentaverint.*

Si vero per literas contrahatur, oportet, litteras se tradentis in conjugem, & alterius eum in conjugem acceptantis legi coram Parocho, & testibus; presente altero, vel per se, vel per procuratorem, & consentiente in eam, cujus littere leguntur.

An autem Parochus matrimonio adfuit debeat necessario videre litteras mandati: videtur quod non. Nam Concilium nil aliud requirit, quam quod contractus fiat coram Parocho, & testibus. Cæterum an procuratores sexu differant, impertinetis est, quia Jus hoc non requirit.

XVII. Quod controvertitur est: An matrimonium sic contractum non solum sit verum & validum contractus, sed etiam verum sacramentum: de quo non una est sententia. Attamen.

XVIII. Dico. Probabilis videtur matrimonium inter absentes, sive per procuratores, sive per literas legitime contractum, esse sacramentum. Contrarium sentiunt Cajetanus, Sylvius &c. Prob. autem primo. Omne matrimonium inter fideles validum in ratione contractus, factum est ex Christi institutione sacramentum: sed matrimonium inter fideles absentes est validum in ratione contractus, ut dictum est; ergo est sacramentum. Maj. prob. Nulla est ratio, cur Christus elevarit ad dignitatem sacramenti potius matrimonium inter presentes, quam inter absentes; potius matrimonium inter presentes, & intentio contrahentium; materia quidem circa quam, nempe, corpora contrahentium; que, sicut alix res, tam absentia, quam presentia possunt esse materia contractus. Adhuc mi-

D U B I U M. IV.

An Carnalis Commixtio sic de Integritate Matrimonii.

S. I.

Refolutio Dubii.

I. Dico, Carnalis commixtio non est de integritate primaria, & essentiali matrimonii. Ita S. Th. in *Suppl. q. 42. a. 4. & 3. p. q. 29. a. 2.* Ubi loquens de matrimonio inter Mariam, & Joseph factum, fuisse verum matrimonium, quamvis carnalis commixtio non esset secutura: *Matrimonium enim (inquit) sive conjugium dicitur verum ex hoc, quod suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio: prima & secunda. Prima quidem vel perfectio consistit in ista forma, ex qua speciem sortitur. Secunda vero perfectio consistit in operatione rei, per quam res aequaliter suam finem attingit. Fortior autem matrimonium consistit in quadam indivisibili conjunctio nem animarum, per quam unus conjugum indivisibiliter alteri fidelem servare tenetur. Finis autem matrimonii est proles generanda, & educanda. Ad quatuor primam pervenitur per concubitum conjugalem. Ad secundam per alia opera viri, & uxoris, quibus sibi invicem obsequuntur ad prolem nutriendam. Hac ergo doctrina supposita resolvit, quantum ad primam, & essentialiam perfectionem fuisse verum matrimonium inter Mariam, & Joseph. Et generaliter, q. 42. *Suppl. a. 4. concludit: Quia ergo carnalis commixtio est quadam operatio, sive usus matrimonii, per quod facultas ad hoc datur, ideo erit carnalis commixtio de secunda perfectione matrimonii, & non de prima.**

II. Ex his conficitur prima ratio. Usus, & operatio rei non est de rei essentia, ut communiter patet: sed carnalis commixtio est usus & operatio matrimonii; ergo non est de ejus essentia. Hinc in definitione matrimonii, quam tradit Catech. Rom. n. 3. Nempe, quod *Matrimonium sit viri, & mulieris maritalis conjunctio inter legitimas personas individuam vitam consuetudinam viventes*: nihil ponitur, quod ante carnalem commixtionem non verificetur.

III. Secunda ratio est. Inter primos parentes ante lapsum veram erat matrimonium. Tunc enim dictum est fuit, tamquam veris conjugibus: *Crescite & multiplicamini. Et Gen. 2. v. 24.* postquam dixit Adam de Eva ex latere fua formata: *& Abrahæ uxori sua*, Statim, v. 25. Eva vocatur uxore Adam; cum tamen nondum essent carnaliter conjuncti. Quapropter Catech. Rom. n. 3. *de Matr.* hortatur Parochos, ut fidelibus tradant: *Matrimonii naturam, & vim in vinculo, ac obligatione suam esse, ac præter consensum eo, quo dictum est, modo expressum, ut verum matrimonium existat, concubitum necessario non requirit. Idem & primo parentum ante peccatum: quo tempore nulla inter eos carnalis copula intraverat, ut Patres testantur, vera Matrimonio junctis fuisse plane conspici.*

IV. Tertia ratio ex dictis patitur ex matrimonio B. Virginis cum S. Joseph, quod verum matrimonium fuisse offendimus ex S. Th. quamvis nulla carnalis copula efferit inter eos secutura. Unde inquit S. Th. 3. p. q. 29. a. 2. citato) *Angelus vocat Mariam conjugem Joseph, dicitur ad Joseph, Matth. 1. v. 20.* Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; *quod exponitur Aug. in 1. 1. de Nupt. & Concep. c. 11. dicit: Conjug vocatur ex prima dispensationis fide, quam concubitus nec cognoverat, nec fuerat cognitus. Hoc tamen matrimonium, hoc singulare, & mirabile habuit, quod in eodem carnali concubitu fuit partus, & educatio prolis. Unde quantum ad hoc habuit secundariam perfectionem. Et ideo Aug. loco mox laudato a S. Th. relatus: *Omnes (inquit) nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum. Proles cognoscimus ipsum Dominum Jesum, fidem, quia nullum adulterium. Sacramentum, quia nullum divorcium. Solum ibi nuptialis concubitus non fuit. Nota tamen: matrimonium Marie, & Joseph vocari ab Augustino Sacramentum late, & figura. Quia, ut diximus, matrimonium ante Christum contracta proprie sacramentum non fuerat; illud tamen qui sine divorcio expressis figurabat matrimonium, quod Christus ad dignitatem sacramenti erat elevaturus, sacramentum dici potest.**

V. Ambrosius etiam, *l. de Institutione Virginis c. 6.* de eodem matrimonio Marie cum Joseph, hæc habet: *Nec illud movet, quod ait: Quia Joseph accepit conjugem suam, & profeclum est in Ægyptum. Dispensatum enim cum conjugum non accepit. Cum enim iniciatur conjugium, huc conjugis nomen adsciscitur. Non enim de florato virginitate facit conjugium, sed solis conjugalis. Denique cum jungitur puella, conjugium est, non cum virili admittitur cognoscitur. Eisdem fere verbis, l. 2. in cap. 1. Luca: *Nec te moveat (inquit) quod præventur Scriptura conjugem dicit: non enim virginitate evirgo, sed conjugis resuscitatio, nuptiarum celebratio declarat. Denique quam non accepit nemo dimittit; & ideo qui voluit dimittere, fabricatur acceptam.* In hoc ceteri Patres consentiunt. Verum quia referente Thoma Waldense l. 2. de Sacr. c. 130. Joannes Wicleffus (præter alios quosdam hæreticos) oppositum tenuit: ideo solvenda sunt eorum motiva.*

S. II.

Objectionum Solutio.

VI. Prima oblectio est. Carnalis conjunctio maris, & femine, vel sacramentum est, vel certe pars sacramenti. Nam in ea rationem sacramenti constituit Apollolus, *Ephes. 5.* dum ait: *Erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnam est.*

Ee 3

motua corporum traditio, que est materia proxima: & tandem mota acceptatio, que se habet ut forma. Quæ omnia sive per se, sive per alium loco sui facta, æque valida, & obligantia sunt.

XIX. Sed oppones primo. Licet Pœnitentia sacramentalis jactu rationem judicii, quod etiam inter absentes exerceri solet: ubi tamen sit inter absentes, sacramentum non est; ergo licet matrimonium habeat rationem contractus, qui inter absentes fieri solet, ubi tamen inter absentes sit, non erit sacramentum.

Respondetur, poenitentiam sacramentalem indere rationem Judicii, non qualiticumque, sed talis, in quo reus sit accusator sui, & testis contra se ipsum, & in quo ad validitatem sententiæ debet consistere actus ad actuali contritione, & dispositione peccatoris: quod nisi peccator efferit presens, haberi non potest. At ad sacramentum matrimonii nil specialius requiritur, quam in aliis contractibus: unde ficut in illis ad valorem factus est habitualis consensus manifestus, sive in presentia, sive in absentia; ita in sacramento matrimonii.

XX. Oppones secundo. Contrahentes matrimonium sunt etiam ministri sacramenti invicem: sed unus non potest sacramentum absenti ministrare, sicut nec ab absente recipere; ergo &c.

Respondetur, min. esse veram de aliis sacramentis, non vero de sacramento matrimonii. Cum enim posse ministrare sacramentum matrimonii, & posse validè matrimonium contrahere, sint in fidelibus unum & idem idipso, quod quis fidelis potest cum absente matrimonium valide contrahere, potest absens sacramentum matrimonii ministrare. Nam esto physice, & in se absens sit, moraliter tamen, & in alio personam suam gerens presens est: que presentia fit sufficiens ad matrimonium, ut contractus illud, sufficit ad illud etiam, ut sacramentum est.

XXI. Si dicas, Quomodo in hoc casu sacramentum conferat gratiam physice absenti, cum secundum nostram sententiam eam physice conferre debeat? Respondetur, loquendo diximus, sacramentum conferre physice gratiam, loquendo sumus de sacramento habente materiam physicam, & physice applicatam subiecto presenti. Cæterum de sacramento, cujus materia solum est moraliter presens, & moraliter physice applicata, fuit illi conferens inter absentes, non abquimus concedere, quod conferat gratiam solum moraliter: nisi tamen, quod postea consensu per procuratorem, Deus conferat gratiam in principali, si capax sit.

XXII. Oppones tertio. Potest dari casus, ut dum procurator contrahit matrimonium in uno loco, principalis dormiat in altero. Quomodo ergo dormiens poterit sacramentum ministrare? Item fieri potest, ut dum quis recipit sacramentum abli contractum, sit profanis negotiis ita distractus; ut nil de sacramento cogitet, immo sit in peccato mortali.

XXIII. Respondetur ad primum, retorquendo instantiam sic. Potest dari casus, quo dum procurator contrahit in uno loco, principalis dormiat in alio: quomodo ergo dormiens verè facit contractum? Si ergo etiam dormiens verè fecit contractum matrimonii; quia illum facit alter, qui personam illius gerit, & ideo mediante alio contrahit; cur eadem ratio non mediantem illo non facit sacramentum, quod illi contrahitur conjungitur? Eodem modo responderetur ad id, quod addit. Nam si licet alio distractus, & nihil de matrimonio cogitans, verò contrahit: cur etiam verè suscipiet sacramentum, vi prioris voluntatis, quam tranquillè in procuratorem, & quam non revocavit? Attamen si is, qui sacramentum suscipit, nil de eo cogitas, sit in peccato mortali; vel prævidit, aut prævidere potuit periculum esse, ne in tali statu reciperet sacramentum matrimonii; vel non prævidit, nec prævidere potuit. Si primum: mortaliter peccavit contra reverentiam sacramento debitam; quia debet ponere se in statu reconciliationis cum Deo. Si secundum: nullus peccatus ob sacramenti suspensionem reus est; sed gratiam sacramentalem non recipit propter obicem. Sicut ergo qui prius habuit constantem voluntatem suscipiendi Baptismus, vel suscipiendi martyrium, si perseverans in tali voluntate alio distractatur, aut se tradit somno, & dormiens baptizetur, vel pro Christo occidatur, vel etiam de Baptismo, aut de martyrio non cogitans, verè recipit sacramentum Baptismi, & martyrii: eadem ratio recipit sacramentum matrimonii qui retinet voluntatem contrahendi cum tali certa persona, licet, cum procurator contrahit, ipse vel dormiat, vel nihil de eo cogitet.

XXIV. Neque officit, quod qui matrimonium in absentia per procuratorem contraxerunt; facti presentes benedictione aliqua nuptiali muniri curent. Nam hoc non faciunt, quasi iterum contractum per procuratorem initium; sed illum approbando, confirmando, & aliquas solemnitates supplicando. Quare si matrimonium inter absentes initium tunc non fuit sacramentum, nunquam erit. Et ita Principes, qui solent matrimonium contrahere per procuratorem, communiter privantur hoc sacramento, quod durum est.



Itaque conjuges, quatenus se acceptant in ordine ad carnalem copulam, non agunt vice Christi benedictam quatenus se acceptant in ordine ad spirituale vinculum: sic enim faciunt sacramentum, & Christus eos unit sibi per gratiam, sicut sibi univit Ecclesiam.

XVI. Obijciunt quinq. contra idem. Minister sacramenti debet illud intendere; sed plurimi idiotæ non intendunt, dum contrahunt facere sacramentum, cum nesciant se esse ilium Ministrum ergo &c.

XVII. Respondeo primo. Retorquendo instantiam. Parochus aliquando, non intendit facere sacramentum, immo potest esse coram eo contrahentibus repugnare; ergo nec Parochus intendit recipere sacramentum, cum nesciat, illum contrahentem esse sacramentum, ergo nec sacramentum recipiunt.

Respondeo secundo, negando min. Qui enim contrahunt nescientes se esse Ministros, vere tamen contrahendo voluntarie ministrant. Et ideo licet non intendant explicitè facere sacramentum, dum tamen volunt facere illo actu id, quod facit Ecclesia, intendunt implicite facere sacramentum. Sicut si Atheus nesciens, immo nec credens esse sacramentum, Baptismum debita forma volens ministrare, vere intendit ministrare, quia intendit facere illo actu, quod facit Ecclesia.

XVIII. Obijciunt sexto. In aliis sacramentis alius est conferens, alius suscipiens: sed contrahentes suscipiunt sacramentum matrimonii, ergo illud sibi non conferunt.

XIX. Respondeo primo. Nec etiam alia sacramenta sunt in duobus, & tamen sacramentum Matrimonii, quia est contractum, & contractum faciunt, & tamen sacramentum suscipiunt & sibi invicem conferunt, quia Christus elevans matrimonium ad dignitatem sacramenti, illud a natura contractus non extrahit. Respondeo secundo. Sicut diversa contrahentes matrimonium suscipiunt sacramentum, & sibi invicem conferunt: dum enim sibi mutuo faciunt vinculum, & obligationem, sacramentum sibi mutuo conferunt; dum autem obligationem illam voluntarie mutuo suscipiunt, suscipiunt sacramentum.

XX. Obijciunt tandem. Ridelicet est laicum, immo & feminam esse Ministrum sacramentorum ordinarium.

Sed nego ant. Nam si ridelicet non est, eos esse Ministros matrimonii in ratione contractus, & quidem ordinarios, nec ridelicet, sed consonum erit, ut sint Ministri ordinarii ipsorum, etiam in ratione sacramenti: Sed de hoc satis.

Q U Æ S T I O III.

De Consensu ad Matrimonium requisito.

CUM consensus utriusque conjugis sit causa efficiens matrimonii, merito stabiliendum est, quis, qualisque consensus ad Matrimonium contrahendum requiratur.

D U B I U M I.

An Consensus requiratur ad Essentiam Matrimonii.

§. I.

Consensus mutuus Requiritur.

I. D E hoc agit S. Thom. in 4. diff. 17. q. 1. art. 2. & q. 45. Suppl. art. 1. & seg. In quo tria occurrunt investiganda. Primum: An talis consensus requiratur ad matrimonium. Secundum: An possit in hoc a Deo dispensari. Tertium: An ille consensus debeat verbis exprimi. Hæc in præsentibus Dubio resolvuntur.

II. Dico consensus mutuos contrahentium, ita ad matrimonium est necessarius, ut nec Republica, nec Ecclesia, nec quisque potestas, saltem inferior divina, possit illum supplere. Quod fit necessarius, probatur ex S. Thom. q. 45. citata art. 1. in arg. sed contra: *Unus non recipit potestatem in eo, quod est liber alicuius, nisi per eius consentum: sed per Matrimonium accipit uterque conjugum potestatem in corpus alterius, ut patet 1. Cor. 7. cum prius uterque liberam potestatem sui corporis habuerit, ergo consensus facit Matrimonium.*

In corpore autem art. ita dicitur: *In omnibus sacramentis est aliqua spiritualis operatio mediante materiali operatione, quæ significat; sicut per ablutionem corporalem in Baptismo, sic etiam spiritualis conjunctio, in quantum Matrimonium est sacramentum, & aliqua materialis secundum quod est in officium nuptiarum, & ita vice versa; & operatio quod mediante materiali, hæc spirituali virtute divina. Unde cum conjunctione materialium contrahentium fieri per mutuum consentum, oportet quod hoc modo Matrimonium est conjunctio, ex quo sicut dicitur, Matrimonium est conjunctio, quo vir, & uxor conjunguntur, & representant conjunctionem Christi cum Ecclesia: sed omnis contractus fit per consentum contrahentium, & conjunctio Christi cum Ecclesia, quæ est per charitatem, voluntate fit; ergo &c.*

III. Nec dicitur. Matrimonium est ab institutione divina; ergo non fit ab humana voluntate. Respondeo enim cum S. Th. ad 1. *Quod sacramentorum prima causa est divina virtus, quæ in eis operatur salutem: sed causa secunda, sive instrumentalis sunt materiales operationes, ex divina institutione habentes efficaciam, & sic consensus in matrimonio est causa. Causa, inquam, quæ est a S. Thom. ad 2. Matrimonium non est*

ipse consensus, sed quædam vis ordinatorum ad unum. . . . quam consensus facit: Nec consensus præcipue loquendo conjunctionem Christi ad Ecclesiam significat, sed voluntatem ejus, quæ factum est, ut Ecclesia conjungatur.

IV. Quod autem nulla potestas inferior divina possit hunc consentum in matrimonio supplere. Prob. Nam potestas civilis ad summum jus habet in corpora subditorum, ubi illi exigite bonum commune, vel privatum alterius; sed nullum bonum publicum, aut privatum exigere potest, ut vir, & femina sine consensu, aut invito matrimonio contrahant. Quod enim bonum sperari possit ex matrimonio cui deest conjunctio animorum, immo perpetua esset disjunctio? Quæ malia timeri non possent, in quibus nullus esset amor, sed odium, in quo tota vita perseverarent? Quo modo tale matrimonium esset signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, quæ est per charitatem?

V. Hanc potestatem Christus non communicavit Ecclesie, quæ illa nunquam usa est, etiam ubi certa matrimonium videntur necessaria ad conservationem regorum, aut ad idem augmentum. Signum ergo est, potestatem illam in se non agnoscere. Hinc licet possit Republica subsidium voluntatem trahere in servitute, immo & in mortem, non tamen matrimonium; quia primum aliquando exigere potest bonum commune, non autem secundum, ut diximus.

VI. Dices. In casu necessitatis potest invitus cogi ad Episcopatum, quod est matrimonium quoddam spirituale cum sua Ecclesia; ergo etiam cogi potest invitus ad matrimonium corporale.

Respondeo, dist. ant. Cogi potest per præceptum, ut nempe de nolente ex obedientia fiat volens, conc. ant. Et hoc modo cogi potest ad matrimonium. Cogi potest, ut sit Episcopus sine consensu, nego. ant. Sic nec potest cogi, ut quis sine consensu fiat maritus. Quis cum vir, & femina dum contrahunt matrimonium, sint etiam ministri sacramenti, & non solum illud suscipiant, ad utrumque requiritur intentio.

VII. Dices adhuc. Potest Princeps supremus compellere subditum ad venditionem certarum rerum, aut alios contractus, si usui communi sit necessarium; ergo etiam ad contractum matrimonium.

Resp. posse quidem per præceptum adigere subditum, ut contrahat. Sed si compellat per violentiam ad venditionem, subditum non consentiente, ita ut tradat coactus, & nolens rem suam; tunc subditum non vendit, nec contrahit, quia hoc est contra essentiam contractus: sed contrahit Princeps de bonis subditi, de quibus potest disponere ob exigentiam boni communis: quod tamen non potest in nostro casu, quia id nunquam bono communi conveniens esse potest.

§. II.

An Consensus supplere possit a Deo?

VIII. S Uppono, consentum in matrimonio, quatenus contractus est, non posse a Deo suppleri, ita ut sit contractus sine consensu contrahentium. Quia cum consensus sit de essentia contractus, non minus ac animal rationale de essentia hominis; sicut non potest fieri, ut sit homo, & non sit animal rationale, ita nec potest fieri, ut sit contractus, & non sit consensus contrahentium. Dubium est de matrimonio quoad vinculum, seu de mutua potestate super corpus alterius.

IX. Dico, Probabile est, Deum posse inducere vinculum matrimoniale inter duos, absque eorum prævio consensu. Prob. Nam vinculum conjugale in re nil aliud est, quam mutuum dominium corporum in ordine ad actum conjugalem: sed Deus non exspectat mutuo consentum viri, & femine potest mutuum hunc consentum efficere, cum magis sit dominus corporis viri, & mulieris, quam ipsi vir, & mulier; ergo &c. Immo cum habeat in sua potestate etiam voluntatem utriusque, potest eos conjungendo, excitare in cordibus mutuum amorem, & obsequium ad proles educationem, & humanum convictum. Quod nulla creata potestas facere potest.

X. Volunt nonnulli, primos parentes hoc modo conjunctos fuisse a Deo; & hac potestate Deum usum fuisse in conjugio Olee, & mulieris fornicariz, & putant insinuatam a S. Th. 1. 2. q. 100. art. 6. ad 3.

Sed verius judico, Deum nunquam in matrimonio consentum supplevisse. Non in conjugio primorum parentum. Nam illa verba, quæ adducta coram se Eva protulit Adam Gen. 1. v. 23. & 24. *Hoc nunc est os ossibus meis, & caro de carne mea &c.* Indicant, tunc mutuo consentu conjugium initum fuisse, unde statim Eva uxore Adami vocatur. Et quidem conveniens erat, ut matrimonium, quod omnino aliorum exemplar esse debebat, mutuo contrahentium consensu formetur. Illud autem Christi, Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, cum dictum sit de omni matrimonio, solum denotat, Deum, ut causam primam conjungere virum, & feminam, non vero tollit, quin & contrahentes velut cause secunde, mutuo consentu sese conjungant. Ad id, quod dicitur de Olee: dico, Deum non supplevisse consentum Olee, & mulieris fornicariz, sed solum fecisse, ut quæ non erat sua, accedendo ad eam ipsa volente, fieret sua. Nec aliud intendit S. Thomas.

XI. Dices. Consensus est causa formalis matrimonii: sed res non potest esse etiam divinitus sine sua forma; ergo &c. Respondeo, consensus non esse causam formalem, sed efficientem matrimonii, ut vinculum est, ideoque posse a Deo

a Deo suppleri. Unde Deus cum obligationem inter virum, & uxorem, quam motus consensus inducit, & facit, sua potestate inducere, & faceret. An verotale, matrimonium esset formaliter, vel solum equivalenter tale, disputare nolo; certum est, sic a Dei voluntate conjunctos, teneri ad eam fidem sibi invicem servandam, quam ceteri conjuges. Sed in his Metaphysicis non juvat immorari.

§. III.

An consensus debeat exterius exprimi?

XII. D Ico. Ad contractum matrimonialem requiritur mutuos contrahendum consensus per verba, aut signa aliqua equivalentia expressis. Ita S. Thom. quæst. 45. Suppl. art. 2. his verbis: *Consensus matrimonialis fit ad medium obligationis in contractibus materialibus. Et quia materiales contractus non possunt fieri, nisi sibi invicem voluntatem suam verbis promittant, qui contrahunt: ideo etiam oportet, quod consensus matrimonialis faciat verbis exprimi, ut expressis verbis se habeat ad matrimonium, sicut ablatio exterior ad Baptismum.*

XIII. Confirmatur. Matrimonium est sacramentum, & est contractus: sed in omni sacramento debet esse aliquod visibile signum; in omni autem contractu oportet esse expressionem verborum, quibus innotecat mutua traditio, & acceptatio; ergo &c.

XIV. Sed dices. Sicut per matrimonium redigitur homo in potestatem alterius; ita per votum: sed votum obligat quoad Deum etiam si non exprimat verbis; ergo &c.

Respondeo S. Thom. citata q. 45. art. 1. ad 1. *Quod in voto non est aliquid sacramentalis obligatio, sed spiritualis tantum, & ideo non oportet, quod fiat ad medium matrimonialium contractuum, ad hoc quod obliget, sicut est de matrimonio.* Dicit etiam potest, quod votum est obligatio facta Deo, cui notus est vivens animus; at obligatio matrimonii fit homini, cui voluntas nota esse non potest nisi exterius manifestetur.

XV. Dixi, consentum manifestari debere verbis, aut signis. Nam si uterque, vel alter contrahentium sit mutus, vel divinatorum idiomatum, dicit S. Thomas citatus ad 2. *Quod quantumvis tales non possint voca sua mutuo verbis exprimere, possunt tamen exprimeri nutibus: & tales nutus pro verbis computantur.* Immo addit ibidem ad 3. quod est ipsa pro verecundia cæcet, ipsa ejus taciditas, si parentes pro ea responderent, nec ipsa contradicant: habebitur tamquam signum consentus.

Nam *Est qui conjunguntur, sit aptus consentum, ut invidiam se sponsam recipiant, quæ dicitur fieri: & si in desponsatione non contradicant.* Unde verba parentum computantur in casu isto, ac si essent verba: sicut enim sufficienter signum, quod sunt ejus, ac quo non contradicant. Utrumque docet etiam Gratianus loco de Sacram. Matrim. n. 7. his verbis: *Sed verborum loco nam natus, & signa, qua intimum consensum aperte indicant, facti ad matrimonium esse, possunt.* Tam ipsa etiam antequam nuptiae, cum puella propter verecundiam non responderet, sed pro se parentes loquatur.

Addit tamen Sylvius, quod non debet Parochus permittere, ut absque verbis contrahentium, si possunt, fiat, vel contractus, vel sacramentum matrimonii, quando ipsi sunt præsertim: Quæ vero nollet uti verbis, non videretur excusandum a mortali, quando matrimonium initur in Ecclesia coram Parocho, & testibus; quia sine causa recederet a notabili ritum, quem Ecclesia semper observavit, & observari voluit in susceptione sacramenti.

XVI. Quæres: An oportet consensus viri, & mulieris simul exprimi?

Respondeo, Non oportere, immo non decere ut verba utriusque simul proferantur, sed melius est, ut unus post alium loquatur, ita ut postquam una pars consentum suum expressit, altera exprimat suum, vel eodem illo loco, & tempore, vel diverso, modo consensus prioris adhuc non reverenter perseveret. Censetur autem perseverare, quantumvis non revocatur. Quanti autem temporis intervallum possit intercedere, prudenter judicio relinquendum est. Solum est attendendum, quod utriusque consensus post Tridentinum exprimitur coram Parocho, & testibus.

D U B I U M II.

Qualis debeat esse consensus ad Matrimonium.

§. I.

An debeat esse de præsentibus?

I. D Ico. Consensus per verba de futuro expressus, non efficit matrimonium, sed solum consensus per verba de præsentibus expressus. Ita S. Thomas citata q. 45. art. 3. & probat in argum. Sed contra. Primo. *Ille qui consentit in aliquid per verba de futuro, & postea cum alia per verba de præsentibus; secundum iura debet habere secundum per uxorem* (Cap. sicut ex litteris de Sponsal. & Matrim.) *Sed hoc non esse si consensus per verba de futuro faceret matrimonium, quia ex quo verum est matrimonium cum una, ea vivente non potest contrahi cum alia; ergo consensus per verba de futuro non facit matrimonium.* Secundo. *Qui promittit aliquid se facturum, nonnam facit illud: sed qui consentit per verba de futuro, promittit se cum aliqua contrahentium matrimonium: ergo non contrahit adhuc cum illa.*

In corpore autem art. sic dicitur: *Causa sacramentalis significanda efficiunt, modo hoc efficiunt, quod significatur. Quia ergo cum aliquis consentum suum per verba de futuro exprimit, non significat se facere matrimonium, sed promittit se facturum: ideo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsum ejus, qui sponsus nuncupatur.*

II. Quare si contrahentes dicant: *Accipiam te in meam, aut meam, vel accipio te in annum proximum, non fit actu creatus potestatis corporis unius in alterum, sed solum faciendi spondetur. Et etiam (inquit S. Thomas ad 2.) in aliis contractibus, qui verbis futuris utuntur, non transferunt potestatem sui in alterum, ut si dicas: Dabo tibi, sed solum quando verbis presentibus utitur. Si vero dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur. Si vero dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur, non transferunt potestatem sui in alterum, ut si dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur, non transferunt potestatem sui in alterum, ut si dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur. Si vero dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur, non transferunt potestatem sui in alterum, ut si dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur. Si vero dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur, non transferunt potestatem sui in alterum, ut si dicas: Dabo tibi, sed solum quando verba presentibus utitur.*

III. Sed dices contra resolutionem. Per votum religionis homo contrahit matrimonium spirituale cum Deo, sed votum religionis fit per verba de futuro, & obligat; ergo & similiter &c. Unde Cap. si quis 30. quæst. 2. jubetur, ut illa fit legitima uxor, cui divinis tactis scripturis juraverit quis, se eam habiturum uxorem legitimam.

IV. Respondeo cum S. Thom. ibid. ad 3. *Quod in voto professus adus spiritualis matrimonii per verba de futuro exprimitur, scilicet obedientia, vel observantia regule, & non ipsum matrimonium spirituale. Si autem spirituale matrimonium in futurum vocatur, non est matrimonium spirituale, quia nondum ex hoc aliquis fit Monachus, sed se futurum Monachum pollicetur. Ad caput vero si quis dicit Glossi ibi, verba illa referunt ad tempus præsens: non enim ille iuravit se Duram te in uxorem, sed se habiturum, id est, habitam se retenturum. Dicant alii, illis verbis non significari, quod ex tali juramento fit uxor, sed quod teneatur illam ducere in uxorem.*

§. II.

An consensus simulatus sufficiat?

Consensus simulatus, seu fictus est ille, qui exterius quidem per verba de præsentibus exprimitur, ei tamen deest consensus interior.

V. Dico. Consensus per verba de præsentibus expressus, si deest consensus interior, in re non facit matrimonium. Ita declaravit Innocentius III. Cap. Tuus nax de Sponsal. his verbis: *Sine consensu nequeunt cetera factus perfectè conjugale.* Ita refert, & docet S. Thom. citata, quæst. 45. Suppl. art. 4. *Ad addit in arg. sed contra: Innocentius requiritur in omnibus sacramentis: sed ille, qui corde non consentit, non habet intentionem matrimonii contrahendi, ergo non fit matrimonium: In corpore autem art. sic dicitur: Sicut se habet ablatio exterior ad Baptismum, ita se habet expressio verborum ad hoc sacramentum; Unde si quis ablatio exteriori recipienti non intendens recipere sacramentum, sed ludam, & idem facere, non esse baptizatus: ita expressio verborum sine interiori consensu matrimonium non facit.* Circa hoc tamen occurrunt varia dubia. Pro quorum resolutione,

VI. Queritur primo: An qui simulatè contraxit matrimonium cum aliqua, teneatur eam ducere?

Respondeo regulariter, & per se teneri eam ducere. Primo. Quia utriusque est contractus Deo, ut des, mulier autem implevit quod ex parte sua est, tradendo potestatem sui corporis; ergo alter etiam teneatur, quod est ex parte sua implere. Secundo. Quia simulatores peccavit contra justitiam, nec regulariter potest satisficere, nisi simulationem vertat in veritatem. Tercio. Decepto, vel decepte legitur grave damnum: cum enim non possit probare fictitatem alterius, non permittitur intrare alium matrimonium: & si permittetur, tamen ob firmam tali divorce graviter lesam, non facile, præsertim decepto, invenitur conjugem se dignum. Dolus autem verborum illi simulatores patrocinari non debet, nec in foro conscientie, nec in foro Ecclesie, ut ait S. Th. hoc art. ad 2.

VII. Dixi regulariter, & per se. Nam Theologorum iudicio certi sunt casus, quibus simulatores eam ducere non teneantur. Primo. Si duxerit alter legitimo consensu adhibito; in quo casu teneatur compensare injuriam priori illatam, prudentem arbitrio. Sed casus ille vix occurrerit. Ecclesia enim ipsum semper compellet ad manendum cum prima uxore, ut colligitur ex Cap. Ex parte de Sponsalibus, & Cap. Licet de Sponsa duorum. Et ratio est, quia ut ait S. Thom. citatus ad 3. *In tali casu Ecclesia compellit eum ad standum cum prima uxore, quia secundum ea iudicat, quæ foris apparent: nec deceptus in iustitia, sive in iure, quantum deceptus in facta. Addit tamen S. Doctor: Sed ille debet potius excommunicationem sustinere, quam ad primam uxorem necesse; vel debet in alias regiones remotius fugere.* Quia dimittendo secundam uxorem cum qua legitime coram Deo contraxit; ut rediret ad priorem, peccaret mortaliter, quia vere conjux non est defectu consensus, nec esse potest, consentu in matrimonium cum altera præstito per verba de præsentibus.

VIII. Secundo. Non teneatur simulatores eam ducere, si maxima sit conditionis disparitas, vel evidenter signa ficti consensus præbuerit. Tunc enim iudicari potest, mulierem vere deceptam non fuisse, aut verbis viri non credidisse, vel certe non debuisset credere.